

Addiderim ego Psalm. 45:4. hodechá pro hód lechá. &c.) & ira s. indignatio, à jazā in mōis. quoties scil. perit aliquid, vel ab eo petitur ac absuntur, cui in videas; vel quoties quæstus spei non respōdet. &c.

e. turpitudinis notam affrictant. Sordidum enim est opibus acervatis incubare: ut contra bonum ac decorum (άγαθὸν καὶ καλὸν vel bonum, quod & pulchrum. Confert Merc. Of. 12:8.) eis fructum justa voluptate per seipsum, & gloria ac benevolentia ab aliis ex illis percipienda. Conf. Luc. 16:9. quod confirmatur; quia hæc est portio hominis, ultra quam nihil luum dicere potest, v. 17. & divina bendictio, v. 18. idque duobus modis: quia ista liberalitas in se & alios affert αἱμερμήναις de diebus vitæ suæ: & proficiscitur ex eo, quod Deus respondet, affulget & allucet lætitiaz cordis sui, vel, responderem facit, h.e. suppeditat (ut quæ ipse vocat h.e. petit, optat, præsto sint, & q. respondeant ad nomen) pro lætitia sive Θητὴ εὐφροσύνῃ, h.e. ad lætitiam cordis ejus. q.d. Deus ei dat, unde lætetur. v. 19. Confer Hebr. 13:5. ἀρκόμενοι τοῖς παρεγγέλματι. Matth. 6:34. μὴ μερμήνατε ὡς τὴν ἀνελον. Sed de maymeh vide & Ecclef. 10:19.

f. persæpe obnoxiaz fiunt alienorum fruitioni, per male- C. VI.  
ditionem contrariam v. 1. 2. Nechāsim Chaldæis ferè pro opibus in  
genere. Est autem Nechás mactavit, ἔχως, q.d. ἔχως. Sunt igitur  
propriè pecudes: ut yóshēr abundantia pecuniarum & redditum;  
Kabód magnificentia in domibus, familia, amicis, clientibus. Et  
ipse non deficitur ad animam suam scil. explendam, ullo ex omni, quod con-  
cupiverit. Ita πτῶ & simile in distributivo min sæpe subintelligi-  
tur. Job. 6:15. Num. 24. 19. Matth. 23:34. Apoc. 2:10. 3:9. 11:9.  
ebas defectus, destitutus, cùdēns, 1. Satn. 21:15. Non (jachlitēnu) per-  
mittit ei. non facit eum κύριον, compotem, non dat ei potestatem  
& facultatem. Confer 2:19. &c. Multis modis sit, ut bonis ali-  
cujus magis alieni vel gente vel animo, qui se ingerunt in divitium  
notitiam & famulitium, vescantur, quam ipse; ut cap. 5:v. 10; tum  
variè à Deo impediri potest quisquam, ne ipse ea habeat in potesta-  
te; in pœnam, quod julto tempore cum gratiarum actione ad suam  
& proximi lætitiam eis noluerit uti. Confer Deut. 28:30, 31.

6. πολυτελία & μακροβιότης sive πολυμερία, ut habet Græ- \* 3.  
cus Metaph. Ea confutat, quod per se nullam efficiant beatitudi-  
nem, ut vel abortus potior sit, quam hæc condicio: si desint alia bo-